

De la lib. de Col. de Salamanca

DOCTRINÆ
POLITICÆ
FONTES,

EX ARISTOTELIS LIBRO I. ET II.
DE REPUBLICA,
PERPETVIS APHORISMIS

AB
ERYCIO PUTEANO BAMELRODIO
DESCRIPTI

*Adjuncta est De INDVCIIS Belli Belgici
Dissertatio Politica.*



LOVANII,
Apud CORN. COENESTEYNIUM ∞. MDC. XXVII.

CIVEM ET VIRVM

B O N V M.



NOVVM hoc scribendi genus est: quod an ab Eloquentiâ abeat, nescio; ad Sapiëntiam accedit. FONTES, & simpliciori nomine APHORISMI sunt: sed illius Doctrinæ, quæ Rempublicam continet; & ab illo sumpta, qui unus perenni scriptorum latice ostendere potuit, quid sit sapere, & cum laude in Republicâ versari. Frustra Schola, nisi huc ducat: ego autem, ut bene de juventute mererer, viam, nulli hactenus tentatam, ingressus sum, & quicquid Philosophus primis his quidem libris diceret, luce & amœnitate perfudi. Quis vetat, pleni laboris auspiciam à specimine sumi? Sed si hæc imago placet, totum mox Aristotelem transformabo. Placuit sanè perillustribus Auditorii & Palæstræ meæ principibus, CHRISTOPHORO & CASIMIRO SAPIEHIS, Illustrissimi Palatini Vilenensis, Supremique in Lithuanîâ *εραϊηλάττ* filiis, qui Lovanium, & ad me audiendum missi, paucis mensibus quicquid liberale ornare ingenium solet,


DOCTRINÆ
POLITICÆ
FONTES
ARISTOTELICI,

A B

ERYCIO PVTEANO
Perpetuis APHORISMIS Latinè breviterque

DESCRIPTI.

PRÆFATIVNCVLA.

OBILISSIMVM doctrinæ argumen-
tum à Republicâ sumitur; quod cùm
omnibus familiare sit, uni potissimùm
notum fuit, virorum, si ingenium spe-
ctamus, summo, si doctrinam, perfecto. Aristote-
les est, & hoc satis, ut laudetur. Hunc scire & in-
telligere, erit quàm paucissima ignorare. Agam
nunc verò Prælectionibus publicis, ut sciri & in-
telligi queat, compendio utilis, ordine facilis, lu-
mine clarus. Quemadmodum vitro colliguntur
A rerum